



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias  
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,  
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 105. Exempti, an causas contra eorum fidejussores coram  
ordinariis fidejussorum coram ordinariis fidejussorum iudicibus motas ad  
suum conservatorem possint recurrere.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Conservatoribus, qui diplomate Conservatoriali aut consuetudine, vel praescriptione ad universitatem caesarum deputati, ordinariam jurisdictionem acquisitionem locorum, quales sunt conservatores universitatum Regularium aut Collegiorum seu locorum pitorum, *Farinae in declarationibus Conc. Trid. ad sess. 14. c. 5. Gregor. Seyer. d. loco lib. 2. tit. de foro compet. de. 2.* Concilium enim Tridentinum generaliter de ordinariis loquens, de quibuslibet speciei ordinariis intelligendum est; quippe quod genus proprie de qualibet ejus speciei soleat praedicari, *Bald. l. 2. C. de jure auctororum* *Greg. Seyer. d. loco* & late etiam *Navarr. hic laudatus.* Denique jus antiquum non censetur sublatum, nec ab ipso recessum, nisi quatenus exprimitur in novo, *Navarr. cons. 17. nu. 4. de sponsalib.* Juxta illud, quod non mutatur, cur stare prohibetur, *L. praecipimus C. de appell. l. sancimus C. de testam.* Idque non obstante, quod reditio ad jus commune sit favorabilis & extendenda. Quando enim tollitur alicui jus ex privilegio quaesitum reditio ad jus non dicitur favorabilis, *Nevilan. in Silva nupt. lib. 6. num. 26. Farin. cent. 7. dec. 11. num. 2. fol. 9.*

QUESTIO CV.

Exempti an causas contra eorum fidejussores coram ordinariis fidejussorum judicibus motas ad suum Conservatorem possint recurrere.

SUMMARIUM.

1. Exemptorum privilegia ad fidejussores eorum non extenduntur.
2. Scholares non possunt causas fidejussoribus eorum motas ad conservatorem scholarium revocare.
3. Partes quando sunt diversi fori, non attenditur continentia causa.
4. Inhibitio emanata in favorem principalis, fidejussori ejus prodesse non potest.

**R**evitet respondeo non posse. Ratio est, quia exemptorum privilegia sunt personalia, quae eorum personas egredi & ad eorum fidejussores extendi non possunt. *glo. S. fin. in stu. de replicat cap. privilegium personale de Reg. jur. in 6. Rom. cons. 633. Abbas cap. ei rescripto nu. 2. de jurejur. l. exceptiones qua persona ff. de fidejussor. nu. 284. Mmdanus tract. de continentia causa lib. 3. cap. 22. num. 10. Spec. de comp. jud. edit. §. 1. nu. 29. vers. sed. pone.*  
 Hinc D. Joannes Wamellius respondit, scholares praetextu suarum exemptionum